


NºM. 24. Jueves 14 de Junio de 1888. AÑO XXXVI.



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEÓN.

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

Terminada la Santa Visita del Arciprestazgo de Boadilla de Rioseco, Su Sría. Ilma. el Obispo mi Señor, ha pasado con esta fecha á practicar la del de Villalón.

León, 13 de Junio de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS
DIVINA PROVIDENTIA
~~PAPAE~~ XIII.
ALLOCVTIO
HABITA IN CONSISTORIO
KAL. IVN. AN. MDCCCLXXXVIII.

VENERABILES FRATRES

Mirandum sane fidei pietatisque publicae exemplum toto hoc anno, sacerdotii Nostri quinquagesimo, singulari munere providentissimoque Dei consilio, ubique gentium intueri licuit. Stipati sumus peregra convenientium quotidiana frecuentia: obsequia

accepimus ab omnibus civitatum ordinibus, eaque variis, nec opinatis testata modis. Ad plura hominum millia ex omni Europa, non paucos ex remotioribus Americae partibus, novissimeque ex Africa his in tectis venerabundos complexi sumus.

In hoc pietatis pulcherrimo honestissimoque certamine, perspicere potuistis, Venerabiles Fratres, qualem sibi locum Italicae gentes vindicarint: quae scilicet suum illum veterem ac perennem in Apostolicam Sedem animum luculenta et multiplici significatione confirmarunt.—Consentaneum videbatur, idque prudentia atque humanitas ipsa postulabant, gratulantium vocibus nihil admisceri dissonum. Non defuere tamen domi qui dissentirent: quin immo his ipsis honoribus Pontifici romano magnificientius habitis recruduisse eorum videtur offensio, qui Ecclesiam implacabilius oderunt: quorum infensus atque inimicus animus, toto hoc intervallo, insolentius quam alias, mixtis ad probra minis, erupit. Idem vero, quoniam plurimum possunt, nunc quidem prae se consilia sua confidentius ferunt: multiplicisque passim impedimentis, maioribus in dies adstringere vinculis Ecclesiam moliuntur. Cuiusmodi propositi, si cetera deessent, Codex delictorum et poenarum, de quo in coetu legumlatorum sententiae dicuntur novum praebet ac lamentabile testimonium: in iis intelligimus legum capitibus, quae recta Clerum catholicum, oblique vero Sedis Apostolicae iura attingunt. Cumque res agatur permagni momenti, de ea ipsa vobiscum, Venerabiles Fratres, animum Nostrum breviter communicare decrevimus.

Harum legum haec summa est: quaedam delicta finguntur, quibus patria dicitur violari, eaque poenis sanciuntur valde gravibus, nec tamem qualia illa sint explicando definitur. Similiter per speciem prohibendorum discriminum, quae maxime a potentia cleri imminere dicuntur, severissime in sacerdotes animadvertisuntur, si quid contra leges, contra instituta civilia, vel publicae potestatis acta, vel etiam contra tranquillitatem domesticam, rem ve cuiusquam familiarem fecisse vel suasisse convincantur.—Istiusmodi leges, Venerabiles Fratres, non est dubium quo reapse pertineant, praesertim si coniuncte accipientur cum ceteris in genere non dissimili, maxime vero cum satis aliunde sint auctorum consilia cognita. Primum scilicet vindicandorum

romani Pontificatus iurium volunt poenarum metu eripere facultatem. Verum vix attinet dicere quam id sit iniquum, iura sanctissima, cum legitima Ecclesiae libertate apta et connexa, aliis pro arbitrio oppugnare, aliis ne defendere quidem impunite licere. Quoniam vero ea incolumia esse iura, catholicorum omnium magnopere interest, dubitandum non est, extituros toto orbe qui patrocinium Sedis Apostolicae libere suscipiant, solis ex Italia catholicis, qui maxime omnium deberent, lege prohibitis.—Sed quod magis refert, prout saepe diximus, ea Romano-rum Pontificum conditio, quae ipsorum est tuendae libertati necessaria, nihil obest rebus italicis, immo plurimum verissimeque prodest, ita ut quicumque eam vindicant libertatem, non hostes patriae, sed optimi sint fidelissimique cives habendi.

Deinde istae ipsae leges simulacro tutandae reipublicae reipsa servitutem Ecclesiae tegunt. Cum enim munus officiumque Ecclesiae sanctissimum sit, omnia constanter praecipere, omniaque, vel invitis hominibus, tueri, quaecumque, sibi ad praeciendum tuendumque Jesus Christus iniunxit, propterea in legibus institutisque civitatum si quid a christianis fidei morumque praceptis dissideat, probare clerus vel silentio dissimulare non potest, proposito sibi Apostolorum exemplo, qui de Iesu Christo eiusque doctrina silere a magistratibus iussi, impavido pectore respondebant: «*si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, iudicate*» (1) Qualis erat christiani nominis fortuna futura, si quibuslibet populorum-institutis, si magistratum iussis nullo discrimine, vera iniquane forent, Ecclesia paruisse? Mansisset sancta legibus supersticio vetus, nec ullo modo humanum genus ad Evangelii lumen emersisset.

Sed illud in primis iniuriosum, defensionis causâ, apparari arma contra Ecclesiam oportere. Itane vero? Omnis est iustitiae magistra et custos Ecclesia, iniurias pati nata, non facere.— Valde etiam a veritate est iustitiaque alienum, universum clericorum ordinem in suspiciones tan graves sine iusta caussa vocari. Neque enim ulla ratione appetit quid caussae sit, cur nova in eos decreta sciscantur. Quo tempore clerus italicus, quoever loco, male de salute vel tranquillitate publica meruit?—Sed si

(1) Act. iv, 19.

altius rei momenta repetantur, appareat, quantopere ista legum capita sanctissimis Ecclesiae institutis repugnant. Ecclesia enim. Dei voluntate, perfecta societas est, et quemadmodum leges suas, ita suos habet magistratus, potestatis gradu rite distinctos, quorum est princeps omnium Pontifex romanus, universae Ecclesiae divino iure praepositus, idemque Dei solius potestati iudicioque subiectus. In hoc igitur quod in Ecclesiae instituta invadunt, inferunt potius, quam propulsant iniurias. Idque faciunt lege singulari, meditata severitate, nec definitis certisque sententiis, sed vagis latissimeque patentibus, nihil ut non audere interpretandi libido queat. Mirum igitur non est, si indignitas rei tot iam improbantium vel expostulantium voces expressit.

Novimus latas etiam alibi contra clerum leges. Verum non fiunt exemplis haec, de quibus loquimur, probabiliora: et quod maius est, huius generis legibus Ecclesia quidem nuspia nulloque modo acquievit, sed, quantum potuit, perpetuo, restitit. Neque est praeter eundem, lata eas esse, cum studia partium contra catholicum nomen vehementius exarsissent, et unâ simul aequitas mentibus, tranquillitas rebus abesset. Pacatis animis, meliora consilia non uno loco ineuntur, legumque illarum odiosam vim cernimus partim desuetudinem hebescere, partim contrariis legibus deleri.

His de caassis Nostrum est Apostolicam vocem tollere, aperteque, uti facimus, testari, leges, de quibus agitur, iuri potestatique Ecclesia esse contrarias, libertati sacrorum munierum obesse, de Episcoporum, de cleri universi, in primisque de Sedis Apostolicae dignitate plurimum detrahere, ita quidem ut eas constituere, probare, sancire minime liceat.

Atque haec non ob eam caussam conquerimur, quod aceroris belli advenientis impetus metuamus. Alias vidit Ecclesia procellas, de quibus tamen omnibus non modo victrix, sed pulchrior et fortior evasit. Divina virtus tutam ab hominibus facit.— Novimus Episcopos; non ignoramus ceterum Italiae clerum: si in eos casus inciderint, ut alterutrum necesse sit, displicere hominibus, aut in officiis sanctissimis delinquere, non dubitamus quid acturi sint. Sed illud Nos vehementer excruciat, Ecclesiam, et Pontificatum pervicacius in Italia oppugnari, cum tamen itali homines numero longe maximo Pontificatum et Ecclesiam reli-

giosissime observent et colant constantia mirabili, et ab Ecclesia et a Pontificatu infinita vis beneficiorum in italicum nomen semper influxerit. Illud Nos pariter angit, cunctis opibus viribusque secundum vota *sectarum* elaborari ut ab Ecclesiae complexu hic abstrahatur populus, in materno ipsius sinu altus atque educatus: nec minus dolemus, quod consilio fiat asperius, longiusque ducatur istud cum Ecclesia dissidium, quod Nos, et Ecclesiae ipsius caussa et caritate patriae, maxime velimus, ut saepe diximus, quo modo iustitia, Sedisque Apostolicae iura postulant, omnino sublatum. Velle, imperia perpetuo cum Ecclesia configere, stultum consilium est, perniciosissimum rebus publicis: nulli tamen quam Italorum generi perniciosius.—Quamobrem, quoniam plura non possumus, etiam atque etiam Deum obsercramus, huc propitius respiciat, meliorum temporum auctor: nominatimque Italiae populis largiatur, ut fidem catholicam integrum, cum amore Sedis Apostolicae coniunctam, perpetuo custodiant, atque horum bonorum caussa quidvis pati et perpeti ne recusent.

Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS de Clero
de la Diócesis.

Después de publicada la lista del Arciprestazgo de esta Capital, han avisado por medio del Sr. Arcipreste que deseaban pertenecer á la asociación, é ingresan de nuevo los Sres. siguientes:

N.º 544= Fernández, D. Eutíquio, con obligación de aplicar 5 misas.

» 545= González, D. Ramón, con id..... 5 id.

León, 11 de Junio de 1888.—Dr. José Fernández Ben-dicho, Pbro. Secretario.

En el centro Diocesano del Apostolado de la Oración se ha recibido la adjunta Circular, cuyo contenido recomendamos con el mayor interés á todos los Centros locales de esta Diócesis, toda vez que en tolos es cosa fácil y útilísima practicar lo que en ella se propone, sin perjuicio de que en algunos, como sucederá en la Capital, se hagan

también otras cosas de mayor lucimiento y explendor; dice así:

«MUY SEÑOR MÍO Y DE TODO MI RESPETO: De la Dirección general del Apostolado nos manifiestan los preparativos que en todas partes se hacen para celebrar el día 2 del próximo Julio, como segundo centenario de una de las más célebres revelaciones del Corazón de Jesús á la Beata Margarita María de Alacoque.

No es de temer que en España quedemos atrás, antes por el contrario de esperar es que con este motivo se aumenten los obsequios á este Corazón divino.

Dejando á su celo de V. la iniciativa de lo que se pueda hacer en los centros que están á su cargo, dadas las circunstancias que les rodeen, me atrevo á indicar que se podría tener por lo menos una Comunión general Reparadora el mismo día 2 de Julio ó el día antes, domingo, y hacer una consagración al Corazón de Jesús, para la cual podría adoptarse la fórmula propuesta por Pío IX á todos los fieles del mundo, y que se encuentra en la última edición del *Manual del Apostolado*, página 164.

Encomendándome en sus oraciones quedo de V. en la consideración más distinguida afmo. S. S. y C. Q. B. S. M., Julio Alarcón y Meléndez, S. J »

EL ESCAPULARIO DEL CORAZÓN DE JESÚS PROPIO DEL APOSTOLADO

La insignia y divisa del Apostolado de la Oración, aprobada por la Santidad de Pio IX y enriquecida con indulgencias, «consiste en la imagen del Corazón de Jesús, pintada ó bordada sobre tc'a, con esta inscripción: VENGA Á NOS EL TU REINO» (1).

«Se recomienda á los socios del Apostolado que la lleven siempre sobre el corazón» como la prenda más querida, y en señal de que su tesoro es el Corazón de Jesús, el cual ha de dar vida y mérito á los pensamientos, deseos, obras y trabajos de sus devotos, por la identidad de miras y de intenciones que tienen al estar unidos á los pensamientos, deseos, obras y trabajos del inísmo divino Corazón.

(1) (*Apostolatus Orationis fidelibus tradit*) Insigne proprium, imaginem Cordis Christi panno depictam... cum hac inscripcione: ADVENIAT REGNUM TUUM (*Rescripto de 14 de junio de 1877*).

La prudencia según Dios aconseja llevar de ordinario oculta la insignia del Apostolado para evitar los insultos y blasfemias de los impíos y hasta la extrañeza de los buenos. Con todo hay ocasiones en que conviene hacer santo alarde de piedad y religión, llevando visible en el pecho nuestra insignia, como ostenta el bravo militar las cruces merecidas por heróicas empresas, y arriesgados hechos de guerra, sobre todo en los días de gran gala y en las revistas generales ó días de recepción.

Esas condecoraciones infunden aliento á los pusilánimes, hacen salir los colores al rostro á los cobardes, y dan nuevo valor y esfuerzo á los corazones aguerridos. Por esto desea Su Santidad que «en las funciones solemnes y en las procesiones tengan los socios del Apostolado ennoblecido el pecho y como santificado de una manera visible con la imagen del Corazón de Jesús» para terror del infierno, alegría del cielo, y ejemplo y consuelo del pueblo fiel (1). Así aparece claramente que el protector y modelo del Apostolado de la Oración es el Sagrado Corazón de Jesús; y que el fin de todas nuestras aspiraciones y deseos, y lo que en todas nuestras obras buscamos y pedimos, con incansables clamores y piadoso afecto, es el advenimiento del Reino de Dios: que reine Jesucristo en los entendimientos por la verdad, y en los corazones por el amor; que reine en los individuos y en las sociedades, y con él la paz y verdadera felicidad; que mientras nos dure la vida sea nuestro Capitán, nuestro esfuerzo y consuelo, para ser después nuestro amor y descanso por toda la eternidad.

Por eso llevamos al pecho la imagen del Corazon de Jesús, para proclamar, á la faz del cielo y de la tierra, que él es el Rey de los corazones. Le llevamos despidiendo rayos de abrasada caridad, que tienden á iluminar y abrasar el mundo entero en llamas del divino amor; está ceñido por la corona de espinas, que le pusimos con negra ingratitud los pecadores; tiene plantada en la parte superior la cruz, que ha vencido al mundo y al demonio, y que á nosotros nos ha de dar la vida, si sabemos abrazarnos con la que el Señor nos pone en los hombros, llevando con paciencia y resignación los trabajos de este breve destierro; y

(1) Quam supra pectus continuo gestare, et in publicis functionibus aperte exhibere invitantur. (*Ibidem*).

finalmente ostenta una ancha herida, que nos descubre y pone á nuestra disposición los inefables tesoros del mismo deílico Corazón, invitándonos á penetrar en aquel santuario de la divinidad, para establecer en él nuestra perpetua morada.

Como se ve por las palabras citadas del Rescripto pontificio, la imagen del Corazón de Jesús ha de estar pintada ó litografiada sobre tela ó bordada en ella; pero queda á la elección de cada uno el *color* que ha de tener esta piadosa condecoración. En algunos centros del Apostolado usan de tela encarnada, pero estos son los ménos; lo ordinario es que la tela sea blanca, sin duda para que resalte más la imagen del Sagrado Corazón.

Nuestra insignia no es en rigor un escapulario, sino basta que tenga la forma de escudo, con tal que éste llene las condiciones necesarias: 1.^a tener la imagen del Corazón de Jesús; 2.^a que se halle en él la inscripción dicha. En España lo generalmente adoptado en casi todos los centros del Apostolado es coser el escudo sobre franela blanca con seda ó lana encarnada, y luego darle la forma de los escapularios propiamente dichos, uniendo esta divisa á otra piececita de lana blanca de igual forma y tamaño, por medio de dos cordones, ó cintas, ó trencillas de color encarnado de lana ó de seda.

Tampoco está prescrita la *forma* que se ha de dar al escudito ó insignia. Unos, y son los ménos, lo llevan en forma de corazón; otros cuadrados, pero lo más usado es que el escudito sea ovalado, y esté unido á un pedacito de franela en forma cuadrada.

INDULGENCIAS CONCEDIDAS Á NUESTRA INSIGNIA. 1. Los socios del Apostolado de la Oración que lleven en el pecho la insignia dicha, *cada vez* que digan devotamente con la boca, ó por lo menos con el corazón, la jaculatoria en él escrita VENGA Á NOS EL TU REINO, ganan *cien días* de indulgencia.

2. Los mismos, llevándola visiblemente en el pecho en las procesiones, ó adorando durante media hora el Santísimo Sacramento expuesto á la pública veneración, y teniendo asimismo visible en el pecho la insignia del Apostolado, ganan *siete años y siete cuarentenas* de indulgencia.

(*Pio IX, rescripto citado de 14 de junio de 1877.*)

(Se continuará.)